



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Christ. Francisci Paullini, Ferrariâ-Thuringi, Rerum Et
Antiquitatum Germanicarum Syntagma**

Paullini, Christian Franz

Francofvrti ad Moenvm, 1698

Cordate Lector!

urn:nbn:de:hbz:466:1-44860



CORDATE LECTOR!

Collegerat Vir Celeberrimus *Marquardus Freberus*, Con-
 filiaris Archi-Palatinus, superioris Germaniæ LXXX.
 pagos, è vetustis tabulis erutos. Cujus industriâ accensus
 Senior *Heinr. Meibom.*, Prof. olim in inclyta Acad. Julia, idem
 saxum volvit, CIII. pagos utriusq; Saxoniae vicinarumq; regio-
 num quarundam, ex mediæ ætatis rerum Germanicarum
 Scriptoribus & Cæsareis diplomatibus collectos, venustissimo
 commentariolo illustrans. Cùm & mihi, prisce chartas ex-
 cutienti, sæpius aliqui occurrerent, de quibus laudatissimi
 Viri nihil omninò, seu tamen parcius quid annotârunt, meo
 servabam usui. Quos cùm luce dignos censuerint harum re-
 rum studiosi, mihi iustâ cæpessere fas erat. De pagis ipsis
 non est quòd latius præsemur, cùm alii, imprimis *Althamer*
Comm. German. p. 459. *Freber. Orig. Palat. c. 5.* & alibi, *Meibom.*
 in vestibulo libelli sui, *Andr. Knichen* in *Freckleben*, Cancel-
 larius olim Saxo-Isnacensis, in aureolo suo *de jure territorii*
libro, *Winckelmann. in notit. hist. polit. veteris Saxo-Westfal. c. 3.*
num. 13. seqq. *D. Sagittarius L. IV. Antiquit. Thuring. c. 2. &*
hist. Bardevici c. 1. §. 14. seqq. aliiq; grata nobis otia fecerint.
 Accipe igitur, Mi Lector, pusillum hoc *spicilegium* post largam
 aliorum messem, studiisq; meis, si mereantur, porrò fave.
 DEUS Te servet: sic servabere æternùm. Ferrariæ Thuringo-
 rum d. XXIII. Aug. MDCXCVII,

Marquar-

* * *

M *Arquardus* glaciem fregit bonus ille *Freherus*,
Meibomius doctâ mente secutus Eum.
Inclyta Tu amborum calcas vestigia, scribens,
neuter quæ scivit, sive notavit. Agè,
Donec erunt *pagi*, resonabunt undique laudes,
& tua *dexteritas*, improbus atque *labor*.
Sed dulcis labor est, laceras sic volvere chartas,
stillet ut ex illis *nectar* & *ambrosia*.

J. PANCRAT. BIENDORP, D.

(Gggg) 3

B.C.D.